

*vita Saculari in signum Domini & Ecclesiae S. Marci in solita immunitate sopita est. Et quidem omnia haec literis exstarent Apostolicis, nisi casus fortuitus incendii occurrisset ducante D. Jacobo Thénipolo, Procuratoribus vero D. Jacobo Barbaro & Petro Dandolo anno D. m̄ circiter millesimo ducentesimo trigesimo quinto, quo tempore Sanctuarium, locus Reliquiarum, in quo loco omnia privilegia Majores nostri recondere consueverunt, accenso maximo igne, consumpta fuissent.*

¶ Vedi il Dandolo lib. X, cap. V, part. XIII, e Corn. XIII, 26. Al solito l'autor usa le parole del Dandolo.

946) *Sed quod nec negari potest, cum anno D. m̄ millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, ducante D. Marino Mauroceno, & Innocentius Papa IV existens Mediolani ad supplicationem dicti D. Ducis indulserit, quod Primicerius S. Marci Mitra, Annulo & Pastoralis Baculo congruis temporibus uti valeat: ex quo non est dubitandum confirmasse jurisdictionem Ducalem, quando sic summus Pontifex auxerit dignitatem Primiceriatus, sciens Primicerium electum & approbatum per D. Ducem libera auctoritate fuisse, ut literis dicti Pontificis clare constat: cujus quidem concessionis Bulla plumbea papali ad cordulam canapis more Rom. Curiae impendendi, tenor est talis, videlicet:*

947) *Tenor Bullae. Innocentius Ep. servus servorum Dei dilecto filio Primicerio Ecclesiae S. Marci de Venetiis salutem & Ap. benedictionem.*

*Consuevit interdum Apostolica Sedes Ecclesias honorabiles & personas conspicuis decorare insigniis, & spirituali privilegio gratiae honorare, quia dum*